

TRACTATUS  
DE PIGNORI-  
BUS ET HYPO-  
THECIS.



*Parfuma*

*Autore*

REINHARDO BACHO-  
VIO ECHTIO JURISCONSULTO  
ET IN ACADEMIA HEIDELBER-  
GENSI PROFESSORE.

*Don Pedro de la Cruz*

*Yleana Inu...*



FRANCOFVRTI  
Typis Caspari Röteli, Impensis  
Johannis Bernneri, Bibliopolæ.

ANNO M. DC. XXVII.



MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS ET AMPLISSIMIS VIRIS.

Dn. JOHANNI GEORGIO Vonder-Grün zu Weiersberg.

Dn. FRANCISCO Jugert.

*In Suprema Cesareæ Majestatis & Imperii Tribunalis.*

Adfessoribus meritissimis, grauiissimis,

*Dn. & Fautoribus honorandis.*



VM Magnifici & Nobilissimi Viri, istius, quamuis ingrati otii, quo etiamnum fruor, & quo aliquot jam annos fruitus sum, rationem mihi reddendam esse intelligam, factis illam potius & rebus ipsis, quam verbis reddere decreui. Et nimirum reddent eam, partim, quas jam dedi, exercitationes meæ, ad postero-



TRACTATUS

DE PIGNORIBVS  
ET HYPOTHECIS.

LIBER PRIMVS.

IN QVO DE NOTATIONE ET ETY-  
mologia, definitione & varijs diuisioni-  
bus, vnà & causâ efficiente tra-  
ctatur.

CAP. PRIMVM.

*De verbis, Pignoris & Hypotheca.*



AGIS existimo verbum pignoris esse pri-  
mitiuum; nec enim tam pro Etymologia, quàm  
pro allusione habendum est, quod pignus dicitur  
esse à pugno in *l. plebs. 238. d. V. S.* cuiusmodi & alia  
in iure nostro occurrunt: cum praesertim plerisque  
mòbilibus, quæ pugno capi non possunt, ista nota-  
tio nec quadret. Illud autem faciliè admitto, quòd  
res mobiles ferè semper solitæ fuerint creditori tradi, cui aliàs si apud  
debitorem res mobilis maneret, non esset satis cautum; nec illud ne-  
garim fortè, quod quidam notant, ab initio res mobiles tantum soliti-  
tas fuisse obligari & dari in debiti securitatem. Est autem homony-  
mum verbum *pignoris*. Et interdum enim denotat ipsam rem obliga-  
tam, quo sensu obligari pignora dicuntur in *tit. Paulus 29. in pr. d. pignor.*